

Addit. ad Covarruvias

quoad forum interius absolvitur, accusationem judicialem subterfugere non valebit, quominus in foro externo dignè plectatur; Menoch. sup. cas. 539. nu. 31. cum seq. Tusch. n. 44. Clar. n. 10. Farinac. d. quest. 4. nu. 5. 6. And. Gail. de pac. public. lib. 2. cap. 11. nu. 26. 27. Brun. n. 30. Ant. Gom. d. lib. 3. c. 1. nu. 40. Decian. n. 28. Spathar. cap. 13. n. 3. Guazzin. n. 49. Guttier. de delict. quest. 66. nu. 4. Barbof. n. 8. Parlador. different. 12. §. 2. nu. 22. etiam si gravissima penitentia injungatur; Menoch. n. 36. Ant. Gom. & Clar. sup. Quamvis in penitentia publica contrarium sentiant Greg. Lop. d. glos. 2. in fine, Cavalcan. sup. n. 274. Marfil. sing. 639. & alii apud Menoch. num. 41. 42. qui hanc sententiam contra alios probat.

22 Quæ communis resolutio obtinet, etiam si Pontifex absolvitur, vel qui jurisdictionem simul temporalem habuerit, quoniam adhuc absolvens in foro animæ, non censetur remittere poenam quoad forum contentiosum, Brun. n. 30. Farinac. n. 5. Menoch. à n. 38. ubi de haeretico agit.

Ibi: Quidquid sit, non possum non mirari.

23 Blasphemum posse puniri in foro externo, sive per accusationem, sive denunciationem, aut inquisitionem, quanquam in foro penitentiali sit absolvutus, contra Bartolom tenant Anton. Gom. & Guazzin. ubi proximè. Guttier. sup. à n. 2. Simanc. de Catholic. institutionib. tit. 8. n. 18. Farinac. n. 6. Azeved. in l. 1. n. 35. tit. 4. lib. 8. Recopilat. Avil. in cap. 25. Pretor. glos. 1. n. 10. Parlador. sup. Menoch. cum pluribus, n. 35. Decian. sup. lib. 6. c. 5. num. 16. Sunt tamen, qui Bartolo accidunt præter relatos hic à D. Covar. ut Firmian. in suo repertor. verb. blasphemia, vers. 7. Nell. in tract. de bannit. in 3. part. 2. tempor. quest. 49. Vulpel. in tract. de pace, q. 26. Sed à priore recedendum non est.

Ad Num. 4.

24 Sacri Baptismatis susceptio non impedit, quod minus baptizatus ob crimen in judaismo, vel infideitate commissum plectatur, Gregor. Lop. d. l. 12. glos. 1. Guazzin. n. 50. Decian. sup. d. lib. 3. c. 30. nu. 28. Becan. statim laudandus, n. 3. Sanch. de matrimon. lib. 10. disput. 3. n. 5. ubi & alii. Tiraquel. de pen. temperand. caus. 25. n. 2. 3. Clar. quest. 51. n. 19. Farinac. quest. 98. n. 145. Ant. à Gama de Sacrament. præst. ultim. supplic. damnat. quest. 3. num. 3. Ricciul. de jur. personar. ext. grem. Eccles. exist. lib. 4. c. 68. n. 17. Quoniam jus Reipublicæ, vel alii quæstum, per Baptisma auferri nequit, ut per Cyriac. tom. 1. quest. 86. per totam. De quo latè Marquard. in tract. de Iudeis. part. 3. c. 5. ex n. 1. quidquid reneant aliqui apud Sanch. Sed Becan. ubi mox laudabitur, n. 3. vers. Respondeo secundo, docet ex D. Thom. posse Principem favore Baptismi poenam criminis antea commissi remittere, quod æquum in non atrocibus viderur.

Ibi: Hec inquam poena per Baptismum.

25 Per Baptismum peccata, etiam actualia remittuntur tam quoad culpam, quam quoad poenam in foro animæ; est de fide, Trident. sef. 6. cap. 14. sef. 14. c. 8. Concil. Florent. in Decret. Eugenii, Clement. Alex. lib. 1. Pedagog. c. 6. ibi: Multis modis vocatur hoc opus lavacrum, quo peccata abstergimus; gratia, qua remittuntur poene, quo peccatis debentur, Pat. Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 26. sef. 1. n. 3. Becan. de Sacrament. c. 11. de Sacrament. in specie, quest. 4. n. 2. Cyriac.

ubi proximè, n. 3. 6. Pat. Vazq. tom. 2. in 3. part. disp. 156. ca. 3. per tot. Bonacin. alios referens de Sacrament. disp. 2. q. 2. punt. 7. n. 5. Sanch. ubi sup. Greg. Lop. in l. 5. ubi textus, glos. 2. tit. 3. p. 1.

Ad Num. 5.

Reus per viam inquisitionis, vel denunciationis à crimine definitivè absolvutus, iterum pro codem, nec jure Canonico, nec Civili potest vexari. Ita indistincte, imò & distinctionem, quam in presenti D. Covarr. refert, rejicientes, docent Farinac. d. quest. 4. nu. 3. Bart. in l. Divus, l. 2. vers. Ulterius quero, si de custod. reor. Tusch. d. conc. 53. nu. 3. Bajard. d. nu. 11. Guazzin. n. 3. Clar. n. 7. 8. Caball. d. cas. 93. nu. 2. Greg. Lop. in d. l. 12. glos. 3. tit. 1. part. 7. Dec. n. 5. 6. Ant. Gom. d. c. 1. n. 26. & est textus in cap. ult. de collusione, detegend.

Quod si delictum pér exceptionem in iudicio incidenter objiciatur, & subsequatur absolvitio, non ideo minus accusatio de eodem admittetur, quia cum sic de crimen cognoscitur, non sit ad vindictam, nec convictus punitur; e. t. §. ultim. de except. c. 2. §. Verum spoliatio, de ordin. cognitione, ex quo præmissam conclusionem probant Farinac. n. 39. Decian. n. 2. Marant. de ordin. iudicior. part. 6. tit. de Inquisitione, numero 85. Pacian. de probat. lib. 1. capit. 68. nu. 39. Foller. in prax. d. cap. 35. nu. 17. guazzin. sup. defens. 2. c. 7. nu. 27. 28. Bart. in l. si cui crimen, §. 1. n. 5 ff. de accusat. Felin. in c. de iis in 3. limit. de accusat. Brun. à Sole d. q. 17. nu. 24. 48.

Hinc deducendum est, quod si crimen in exceptio nem oppositum posset legitima pena per Iudicem principalis causa coerceri, veluti cum mulier de adulterio per virum postulata, ei exceptionem objicit lenocinii circa idem adulterium, juxta l. 2. §. Unde quari potest, ff. ad leg. Iul. de adulter. non minus proderit absolvitio, ne iterum accusari quest, quam si principaliter de crimen actum fuisset, ut resolvunt Decian. n. 3. Farinac. Marant. Foller. Brun. ubi proximè, guazzin. n. 28. Casus autem, in quibus Iudex potest punire delictum per exceptionem ad Iudicium deductum, refert Felin. in d. c. 1. de except. Abbas in c. 2. de ordin. cognit. Brun. n. 24. vers. Procedit, tamen ista limitatio.

Vers. Nonò. Idem canon procedit.

Reus delatus de publico delicto, qui cum accusatore, etiam jure permittente, transfigit ex l. transfigere. 8. C. de transact. l. 22. tit. 1. part. 7. alterius accusationem effugere nequit, Farinac. latissime ex num. 31. Marant. n. 55. Clar. n. 6. & quest. 8. nu. 4. Foller. n. 15. Brun. n. 21. Tusch. n. 36. Padill. in d. l. transfigere, n. 51. Ant. Gom. variab. lib. 3. c. 3. nu. 55. Guazzin. n. 32. & defens. 3. c. 6. nu. 8. Greg. Lop. in d. l. 22. glos. 11. sed & Index de eodem crimen inquire non prohibetur, Farinac. cum aliis, n. 32. Guazzin. d. nu. 8. Greg. Lop. sup. ubi ait, idem juris esse post d. legem Regiam; consentit Ant. Gom. n. 56. & quoniam de jure, neque Iudex, neque privatus permittatur desertam instantiam post triginta dies, à quo transactum est, suscitare; de consuetudine verò Iudici non est veritum, eundem processum post illud tempus profici, Farinac. n. 33. Ant. Gom. n. 55. apud quos alii.

Ibi: At si crimen in judicium.

Transactio facta cum eo, cui primò jus accundi competit, quia suam vel suorum injuriam prof.

Variar. Resolut. Lib. II. Cap. X.

prosequitur, nullus remotor, et si pactionem ignoraverint, acculatus admittetur cum prærogativa, sed ut quilibet de populo, de quo Farinac. n. 37. Iul. Clar. d. quest. 58. n. 2. 3. Guazzin. d. c. 6. n. 15. Decian. sup. lib. 3. cap. 30. n. 40. Marant. ex n. 58. Quod de jure controversia non curer, sed de consuetudine ita servatur, Clar. sup. Farin. vers. Tu verò itas.

31 Ipse verò qui transfigit adeo manet ab accusando de eodem crimen remotor, ut quamvis transactum sit cum onere aliquid faciendi, vel dari per reum, ea conditione addita, quod nisi ita adimplatur, ius accusandi reviviscat, nihilominus apud secularem regredi non possit accusator, quanquam reus promissus non sit. Guazzin. d. cap. 6. nu. 17. Guttier. in Authen. Sacra menta puberum, n. 137. C. si advers. u. it. & alii quos refert, & sequitur Olea de cession. iur. iii. 8. qu. 1. n. 12. quoniam contrarium teneat Parlador. different. §. 1. §. 2. n. 8.

Ibi: Quibus ad Regiam legem 22.

32 De intellectu l. 22. tit. 1. part. 7. agunt Greg. Lop. ibidem. Ant. Gom. d. nu. 56. Padill. in d. l. transfigere. Qua quoq; facultatem accusandi nihil est immutatum, sed præter ius commune inductum, ne post & ans & onem licet poenam corporalem irrogare, quod ante ex legibus Iustinianis fuerat controversum, teste Farinac. n. 34. Videas Clar. quest. 58. ubi plenè de d. l. transfigere.

Vers. Decimo, eadem Canonis constitutis.

33 Absolutus per sententiam virtute juramenti sibi legitimè delati, propter idem facinus iterum vexandum non est; Abbas & Butr. in cap. ex tuarum, de purgat. Canon. Gregor. Lop. dict. lib. 22. glos. 2. Decian. numero 9. Guazzin. dict. c. 7. n. 30. Salicer. in lib. si quis homicidu. C. de accusat.

Ibi: Sed quod etiam non lata sententia.

34 Hanc sententiam prefati reprobant DD. quia absolutio non tam à juramento, quam à præsumpta innocentia vires capi ex eo, quod de crimen non erat probatum, & sic reus erat absolvendus, etiam absque iuramento. Ita Salicer, quem refert Greg. Lop. tenetque idem in l. 10. tit. 11. part. 3.

Ibi: Quamvis moribus receptum sit.

35 Quando de jure locus sit delationi iuramenti in criminalibus? constat ex l. 10 titul. 11. part. 3. de quo latissime Fulv. Pacian. sup. lib. 1. c. 71. per totum Boër. decif. 86. Mascard. de probat. conc. 257. nu. 38. 39. Gili. de pac. public. lib. 2. cap. 7. num. 11. Clar. d. s. f. quest. 37. Ceval. commun. q. 300. Menoch. de arbitrat. cas. 464. nu. 10. & jurame tum deferri reo ad se purgandum in usu non esse in Mediolanensi Ducatu, testes sunt Clar. n. 6. Boff. in prax. tit. de sentent. n. 75. Iuramentum tamen de veritate dicenda reus præstare cogitur, ut praxis observat, quamvis per culum adi. peierandi. Ceval. pluribus laudatis, quest. 301. n. 2. Suar. in l. 4. n. 14. tit. de las arras, lib. 2. for. Paz in prax. tom. 1. c. 3. §. 4 n. 8. Villadieg. in Poit. capit. 3. nu. 30. Ant. Gom. d. lib. 3. c. 1. n. 65.

Ad Num. 6.

36 Est prænotandum delicta mixti fori ea dici, Faria addit, ad Covar. Tom. 4.

Odio non profequi injuriam nobis inferentes 40 tenemur, Math. 6. vers. 15. Si autem non dimiseritis Aa bonum.

homibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, Luc. 17. ver. 4. Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi, & si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te dicens. Pœnitit me; dimitte illi, Ecclesiastic 28. vers. 8. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo, D. Paul, ad Colossens. 3. vers. 13. Super omnes invicem, & donantes vobis metisis, si quis adversus aliquem habet querelam.

41 Sed odio deposito, licet in foro animæ injuriam passo adversus injuriantem judicialiter experiri ad penam, Molin. de primogen. lib. 2. c. 5. n. 12. Comitol. rep. moral. lib. 4. quæst. 32. nu. 10. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 1. nu. 29. Fr. Eman. in summ. tom. 1. cap. 17. nu. 3. Cevall. commun. tom. 1. quæst. 389. n. 1. Paz. in prax. tom. 1. part. 5. c. 3. in princip. nu. 4. Azor. inst. moral. part. 3. lib. 3. c. 1. Cened. ad Decretal. collecta. 12. nu. 5. Valent. tom. 3. disp. 3. quæst. 3. p. 2. vers. 2. Nec tamen Pat. Suan. de Chavru. tract. 3. disp. ult. 10. Joan. Sanch. alios referens selectar. di p. 2. nu. 11. Pat. Molin. de just. tract. 2. di p. 100. n. 6. 7. Less. eod. tract. lib. 1. c. 47. dub. 4. n. 25. Nec ius illud remittere tenetur, Card. Lug. de just. tom. 1. disp. 11. lec. 3. n. 60.

42 Ad praemissa est notandum, quid injuriam passuta conscientia poterit offensorum judicialiter arguere, rancore cessante, ne dum civilitate, ut pecuniariam satisf. & tunc consequatur, sed etiam criminaliter, ut justas poenas det; nam si publicum crimen sit, zelo iustitiae, ut quemlibet de populo accusare, licitum est; necnon si fuerit privatum, non ad propriam vindictam, sed ut reus timore poenæ ab injuriis deinceps abstineat, atque illud duntaxat nefas est, appetitu propriae vindictæ, odioque instigante inimicum per judicialem autoritatem vexare; quare Pater Suarez, ubi proxime, cavendum monet, ne licita accusatione odium misceatur. Quæ omnia ex præallegatis DD. aperte colliguntur, qui solum vindictam ex rancore querere improbande quo Ecclesiastic 28. à vers. Quo vñdicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit. R. inique proximo tuo nocent te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & à Deo querit medelam: In homicidio similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius?

43 Dubium autem non vulgare est, si injuriarum acto offeratur nūmaria satisfactio, ne ad judicium provocet, an in foro conscientia desistere tenetur? Et quamquam affirmativè respondendum videatur, quoniam actor quod sua interest absque judicio potest consequi, atque ita ex odio intender, ut adversarius vexetur, ac puniatur, prout placuit Sylvester apud Valent. sup. vers. Videamus autem. Hic tamen eidem contrarium resolvit, quia non tenetur eam satisfactiōem acceptare; quod omnino verum est, quando actorus non prætentebat pecuniarium injuria estimationem, sed ut delinquens debita poenas daret ob bonum aliquem finem.

44 Sunt tamen qui sequunt glossam ultim. in §. fin. Inst. de injur. existiment, nullo modo licere in conscientia injuriantem ad poenam postulare; quos refert Cevall. ubi s. p. Prior, ut communior, ac vera sententia tenenda est.

Vers. Primū, licitum esse.

45 Pœnitentia non impedit delicti antea commissi accusationem, Gurtier. de delict. quæst. 129. nu. 7. Tiraquel. de pœn. temperand. can. 2. n. 4. Tusch. d. & huic

Addit. ad Covarruvias

Vers. Tertiū, constat satis apercī.

Condonans injuriam pro salute animæ, & ad 46 absolutionem Sacramentalem consequendam, non censetur actionem injuriarum, vel ius aliud ad forum contentiosum spectans remittere, sed odium depone duntaxat, significat. Molin. & Lug. ubi proxime, Clar. d. §. fin. q. 58. n. 39. & in §. Injuria, n. 11. Gutier. de tutel. part. 2. c. 7. n. 8. Farinac. in prax. quæst. 105. nu. 376. Iacob. de Gaffis in aur. decisi. part. 1. lib. 1. c. 137. nu. 4. Mascard. de probat. com. 902. nu. 3. Navar. cons. 3. n. 2. de paenit. & remiss. lib. Didac. Perez in l. 1. g. 6. Perdonando los enemigos, tit. 11. lib. 1. Ordinam. Joan. Valer. de different. n. utr. for verb. remiss. injuria. n. 1. Escoba. de part. tract. 1. di p. 100. n. 6. 7. Less. eod. tract. lib. 1. c. 47. dub. 4. n. 25. Nec ius illud remittere tenetur, Card. Lug. de just. tom. 1. disp. 11. lec. 3. n. 60.

Ibi: Quod ita accipiendo est.

Praecedens conclusio limitatur, quando apud 47 Confessarium ita plenè ac generaliter injuriam quis remiserit, ut manifeste continet, etiam quod forum externum inimico pepercisse, Farinac. n. 377. Cevall. ubi proxime, Sanch. sup.

Ratio supra traditæ conclusionis est, quia actus 48 non potest ultra intentionem gentis operari. I. non omnis 19. ff. si cert. petat. probavi. sup. lib. 1. c. 9. nu. 47. qui autem proficitur, se injuriam remittere solum intendit facere, quod necesse est ad salutem spiritualem, cumque ad eam non desideretur præcisè cedere iuri, quod competit adversus injuriantem, ut dixi, num. 41. id est non præluminum eidem renunciare; nam & regulariter nemo intelligitur iuri proprio renunciare, Menoch. de presumpt. lib. 6. præs. 41. nu. 2. Carleval. de judic. lib. 2. ult. 3. d. sp. 19. n. 14. ubi recte ex alio ait, requiri expressionem voluntatis, aut quod expressum aliquid sit, quod necessaria connexionem habeat cum tacita renunciatione, & utrumque quidem in specie, de qua agimus, abest. At cum remissio circa forum internum amplius, ac generalibus verbis sit, animus indicatur condonandi prorsus, etiam quoad externam injuriam, quæ expresa dicenda est renunciario, quoniam quod ex verbis aperte, ac manifeste intelligitur, expressum censetur, Lotter. de re benef. iar. lib. 3. q. 3. n. 8. cum seqq. Cyriac. controvers. 188. nu. 9. & alii laudati per me, lib. 1. c. 19. n. 65.

Vers. Quartū, eodem jure.

Per remissionem injurie adhuc in foro exterrido non tollitur ius exigendi expensas, aliamque danni 49 restationem, quod in re familiaris offendit sustinuit, nisi hoc exprimitur; Menoch. sup. lib. 3. præs. 114. n. 3. Ant. Gom. d. lib. 3. c. 6. n. 13. Farinac. quæst. 5. n. 11. vers. Ampli secundo. G. eg. Lo. in t. 4. glo. 11. tit. 18. part. 2. Gurtier. d. 1. 7. n. 9. Pichard. n. 5. ult. n. 19. Iust. de injur. Plac. in epist. delictor. lib. 1. c. p. 6. n. 40. Paz. in prax. dist. c. 3. §. 6. nu. 88. Surd. decis. 261. nu. 4. Sanch. nu. 2. Fachin. controversial. lib. 10. c. 58. Gratian. disceptat. c. 518. n. 14. Clar. a. q. 58. nu. 38. ubi Bairard. nu. 68. qui loquitur de remissione injurie prelio interveniente. Quod post Farinac. & Plac. limitat Menoch. nu. 6. si plenissimè facta sit condonatio; nam damna omnia, & expensæ remissa intelligentur. Ratio nuper tradita, & huic

Variar. Resolut. Lib. II. Cap. X.

& huic conclusioni, ac limitationi convenit. Sed notat Card. Lug. sup. n. 61. hanc remissionem non valere, nec in conscientia licitam esse in præjudicium filiorum remittentis, nisi intra quantitatem, de qua libere parentes disponere possunt.

Ibi: Sed ut hac ipsa communis sententia.

50 Injurium inferens tenetur restituere patienti sumptus, quos necessariò in curatione fecit, deducto, quod ipse si sanus foret, consumeret, nec non solvere debet lucrum quod propter vulnus percussus, sua industria, vel officio non acquisivit. Ita jure Divino stabilitum est, Exod. 21. vers. 18. Si rixatuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed jacuerit in lectu: si surrexerit, & ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit, qui percusserit, ita tamen ut operas ejus & impensis in Medicis restituat. Notant Card. Lug. scilicet. 2. n. 32. Menoch. d. præs. 114. n. 1. Ant. Gom. d. c. 6. n. 9. 11. Bocan. de just. & iur. sub. quæst. 62. D. Thom. de restitut. quæst. 7. nu. 1. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de restitut. cap. 2. §. 3. dub. 5. Plac. sup. nu. 31. 32. Bairard ad Clar. §. Injuria, nu. 44. vers. Item adde quod injuriatus, Gail. observation. lib. 1. obser. 65. nu. 2. Thefaur. Pedemont. decis. 15. n. 8. Pat. Molin. tract. 3. disp. 87. nu. 1. Paz sup. d. c. 3. in princip. n. 29. Farinac. quæst. 119. nu. 107. ubi ampliatur esti injuriatus non jaceat in lecto, & alios referit, & latè agit, ex n. 93.

51 Quæritur num remittens expensas, damna remittere censeatur, & è contra de quo videndi sunt Aug. Barbos. in tract. de appellativa verbor. utriusq. iur. significat. appellat. 68. n. 6. & appellat. 92. n. 3. Plac. d. c. 6. n. 40. Boër. decis. 52. nu. 6. Tusch. lit. E. concil. 637. Surd. d. decis. 261. n. 5. nam vari. DD. loquuntur.

Ibi: Ex quo apparet mercedem operarum.

52 Operarum estimatione ita facienda est, ut tantum præstetur percusso, aut ejus heredibus, quantum ille laborando lucraretur; neque est aliquid detrahendum ex eo, quia inservit quiescit, ne laboris molestiam patitur, ut Majori visum est, cuius sententia communiter rejicitur, Sanch. consili. moral. lib. 1. c. 1. dub. 2. n. 2. ubi alios refert, Card. Lug. sup. n. 33. Navarra de restitut. lib. 4. c. 1. n. 68. quamvis Bonac. in summ. tom. 2. tract. de restitut. & contractib. disp. 2. q. ult. scilicet 2. punct. 1. n. 8. Lessio, & Rebello laudatis, opinionem Majoris probet, quando percussus, ut vacaret otio aliquid ex lucro cederet, cui accedit Dian. resol. moral. part. 5. tract. 4. resolut. 53. vers. Sed contraria. Quod iustitiae congruit, si ille solebat quiescendi causa labore intermittere, alii non; videoas Card. Lugo.

53 Delinquens verò nequaquam tenetur ad expensas factas in funus ejus, quem occidit, Sanch. n. 3. Bonac. n. 11. Card. Lug. n. 40. Molin. sup. disp. 83. n. 1. Less. d. c. 9. dub. 24. & omnes communiter contra Navar. in summ. cap. 15. nu. 20. alias 22. cuius opinio procedere potest, quando propter mortis accelerationem, sumptus juxta morem regionis majores, quam si domi sua moreretur occisus, fierent, ut Sanch. Bonac. & alii abvertunt. Idemque dicendum videtur, si defunctus in bonis non habuerit, nec sit aliquis, cui de jure onus incumbat sepeliendi, nam his casibus cessat ratio, cui sententia innititur communis.

Ibi: Idem constat filios, vel heredes.

54 Filii, aut heredes ejus, qui per injuriam encurretur; Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

possunt agere ad ea, quæ defunctus, si viveret, arte, vel operis, esset acquisitus. Ant. Gom. d. lib. 2. cap. 3. nu. 37. Clar. §. Homicidium, nu. 23. ubi Bairard. n. 69. Card. Lug. sup. scilicet 3. à princip. Sanch. dub. 3. pet. totum, Less. dub. 16. nu. 124. cum seq. Molin. ubi proximè, vers. Deinde inter damna, Pichard. in §. Item lex Cornelius de scariis, n. 17. Inst. de public. judic. Cancer. variar. part. 2. c. 11. ex n. 73. Farinac. in prax. q. 119. nu. 93. Quamvis Bairardus asserat, se nunquam vidisse, quod agatur ad operarum defuncti estimationem.

Circa quæ est animadvertisendum, hereditibus extrancis nullam dari actionem ad hujusmodi futurum operarum estimationem, sed liberis, parentibus, ac uxoris; nam hujusmodi personis immediatè tale jus, quæritur quibus prejudicium quoad interesse principaliter interrogatur; si quidem, & lucrorum quærendorum commodum sentirent, cum ad alimenta jus obtineant. Secundùm tamen est de aliis damnis, & expensis defuncto debitis, quæ etiam ad quoscunq; successores spectant, ut observar Sanch. dub. 3. n. 3. 7. Molin. d. disp. 8; n. 2. 6. Card. Lug. scilicet 4. n. 77. & scilicet 3. n. 63. ubi ex hoc rectè interfert, non licere personæ vulneratae, hoc jus, quod ex sua morte conjunctis est competitur, remittere aliqua ex parte: contra Sanch. d. dub. 1. 2. n. 5. qui docet, remissionem tenere, remittente vero peccata, si persona, quibus alimenta præstare tenebatur, egerent. Sed dici potest, quod si vulneratus ultra legitimam aliquid relinquat liberis, poterit in utroque foro homicidæ jus successorum remittere, quos quoad excessum legitimam onerare permittit; at si nihil præter legitimam liberi habuerint, non tenentur stare parentis condonationi, quia gravari nequeunt. l. quoniam in prioribus 32. C. de iroff. testam.

Præterea in comparatione hac operarum, non

omne lucrum cessans integrè est per homicidam

præstandum; quia lucrum in spe, quod multis modis potest impedi, minus valet, quam lucrum præsens;

& taxationem operarum considerare oportet;

ac mortuus juvenis, benè valens, bonus artifex,

ac labori assidue incumbens fuerit, necne, Sanch.

dub. 2. nu. 7. Card. Lug. scilicet 2. nu. 42. Bonac. sup. punct. n. 6. Dian. ubi seq.

Ibi: Iuxta computationem iurisconsulti.

Quamvis controverti soleat, an computatio l. 57 bæreditatum, ff. ad leg. falcid. locum habeat extra casum, de quo loquitur, & consequenter, an sit secundum illam estimatione facienda ejus, quod homicida tenetur restituere proper lucrum; quod defunctus si viveret suo labore acquireret & receptius inter Theologos est, quod ea lex non sit practicanda, nisi in sua specie, & quod restitutio præfata fieri debeat prudentis viri arbitrio pensatis qualitatibus, de quibus proximè, atque ita docent Bocan. sup. q. 8. n. 3. Pat. Molin. d. disp. 83. n. 9. vers. Quia ergo, Less. d. c. 9. dub. 20. n. 129. Bairard. ad Clar. §. homicidium, n. 69. vers. Esi bæredes. Card. Lug. d. disp. 11. scilicet 2. nu. 46. 47. Cevall. quæst. 89. Dian. resolut. moral. part. 5. resolut. 53. vers. Verum contraria, ubi contrarium probable dicit.

Sed juris Interpretes communiter cum D. Co- 58 var. in præfenti, sentiunt, estimationem præfata, juxta d. bæreditatum, faciendam esse, Ant. Gom. d. c. 3. n. 38. Cancer. sup. nu. 77. Pichard. in d. §. Item lex Cornelius; nu. 18. Inst. de public. judic. Roland. cons. 39. nu. 14. vol. 2. Farinac. d. quæst. 119. n. 99. Maraut. de ordin. judicior. part. 4. d. 1. nu. 7. Plac. d. c. 1. nu. 32. Franch. decis. 460. n. 6. part. 3. Pat. & huic

Sanch.